Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9153
Copyright: Melk, Benediktinerstift



29.

Cum tibi flagrans amor & libido
Que solet matres furiare equorum
Semper circa iecur ulcerosum non sine questu
Laeta quod pubes hedera virenti
Gaudeat pulla magis atque myrto
Aridas frondes hiemis sodali dedicet heliro

MUSIS AMICUS TRISTITIAM ET METUS ADMUSAS DE ELIO LAMIA

Tradam protervis in mare creticum
Portare ventis quis sub arctio
Rex gelidae metuuntur oras
Quid tyridaten terreat unice
Securus; o quae fontibus integris
Gaudes apricos necte flores
Hic tecum meo lamiae coronam
Piplea dulces dulcis nil sine te mei
Prosunt honores hunc fidibus novus
Hunc lesbio sacrare plectro
Teque tuasque decet sorores, AD SODALES SUOS

Natis in usum laetitiae scyphis
Pugnare thracum tollite barbarum
Morem verecundumque bachum
Sanguineis prohibete rixis
Vino & lucernis medusa acinacis
Immane quantum discrepat impiis
Lenite clamorem sodales